

CUIUS¹ SUPRA DE FRATERNA DILECTIONE ET VITANDIS MALIS.

[H. 6] Pontianus sanctae et universalis ecclesiae episcopus omnibus recte dominum colentibus et divinum cultum² amantibus salutem.

- Gloria in excelsis³ deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Haec verba, carissimi, non hominum sunt, sed angelorum⁴, et non humano sensu excogitata, sed ab angelis in ortu salvatoris annuntiata, quibus indubitanter ab omnibus intellegi potest, quod non malae voluntatis⁵, sed bonae pax sit a domino data. Unde et dominus per prophetam loquitur dicens: Quam bonus Israel deus his, qui mundo⁶ sunt corde. Mei autem pene vacillavere⁷ ⁸ pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia aemulatus⁹ sum contra iniquos pacem impiorum videns. De bonis vero ipsa per se veritas ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Mundi enim non¹⁰ sunt corde, qui mala cogitant aut nociva adversus fratres suos, quia nihil mali vult, qui fidelis est. Fidelis ergo homo magis amat audire, quae oportet, quam dicere¹¹, quae¹² non oportet. [H. 7] Et si quis fidelis est, videat¹³ ne mala¹⁴ loquatur, aut cuiquam insidias ponat.
- 15 In hoc ergo discernuntur filii dei et filii diaboli. Filii namque dei semper cogitant et agere contendunt¹⁵, quae dei sunt, et fratres indesinenter adiuvant et nulli nocere volunt, et filii diaboli econtra¹⁶ mala et nociva semper meditantur, quia opera eorum mala sunt. De quibus

Quellen:

- 4f.: *Gloria - voluntatis*, Luc. II. 14.
 8-10: *Quam - videns*, Ps. LXXII. 1. 2. vers. Hier.
 10f.: *Beati - videbunt*, Matth. V. 8.
 12: *quia - est*, Xysti Pyth. s. 203. Cf Alex. 18, Calist. 3, Com. 6, Melc. 5.
 12f.: *Fidelis - oportet*, Xysti Pyth. s. 162.
 13f.: *Et - ponat*. Cf. Calist. 4, Melc. 5.
 16f.: *et filii - sunt*, I Ioann. III. 10.

Rezeption:

- 4-13: *Gloria - oportet*: Coll. Ans. ded. X,99.

¹ CUCUS VD38
² am Rande religionem servitute VD38
³ excelsis deo korr. aus excelsis O93
⁴ angelorum]ab angelis VD38
⁵ voluntati korr. aus voluntatis N442
⁶ recto V630; I83; VD38
⁷ am Rande Motis tremuerunt VD38
⁸ moti sunt I83
⁹ am Rande Dolus accensus sum VD38
¹⁰ non korr. aus no N442
¹¹ dicere quae korr. aus dicere N442
¹² quae fehlt O93
¹³ videat korr. aus videat I83
¹⁴ male I83
¹⁵ am Rande laborant VD38
¹⁶ contra I83; econtra] et contra VD38

loquitur dominus per Hieremiam prophetam dicens: Loquere iudicia mea cum eis super
 omni¹⁷ malicia eorum. Propterea iudicio¹⁸ contendam¹⁹ ²⁰ adhuc vobiscum, ait dominus, et
 20 cum filiis vestris disceptabo²¹ ²². Ecce ego fingo²³ contra vos malum et cogito contra vos
 cogitationem. Haec, fratres, valde sunt timenda et ab omnibus cavenda, quoniam, super
 quem iudicium dei ceciderit, non exiet impunitus²⁴. [H. 8] Et ideo unusquisque praevideat, ne
 hoc machinetur²⁵ aut agat in fratrem, quod ipse pati noluerit, et nec in suspicionem veniat
 homo fidelis, ut dicat aut faciat ea²⁶, quae pati non vult.
 25 [H. 9] Unde²⁷ suspectos et²⁸ inimicos aut facile litigantes²⁹, et eos, qui non sunt bonae
 conversationis, aut quorum vita est accusabilis³⁰, et qui rectam non tenent et docent fidem,
 accusatores et antecessores³¹ nostri apostolica repulerunt auctoritate, et nos submovemus³²
 atque temporibus futuris excludimus, ne libenter labi possint, quos³³ nos tenere et salvare
 debemus, ne, quod absit³⁴, praedictum dei³⁵ iudicium notandum³⁶ super utrosque veniat et

Quellen:

18f.: *Loquere - eorum*, Ier. I. 16.

19f.: *Propterea - disceptabo*, Ier. II. 9.

20f.: *Esse - cogitationem*, Ier. XVIII. 11.

23f.: *aut - vult*, Xysti Pyth. s. 168. 169. Cf. Pii 6, Melc. 5.

25: *Unde suspectos*, Ben. III. 107. Cf. Iul. 18, Silv. ep. ad Amat., Pelag. II. pp. ep. 1. i. f., ep. 3.

25: *aut - litigantes*, c. 58. conc. IV. Carth. aut Ben. I. 399. aut c. 50. Angilr. Cf. Iul. 18, Fel. II. pp. 12. xv.

25f.: *et eos - accusabilis*, Cap. eccles. a. 789. c. 35. aut Ben. I. 74. III. 111. Cf. Calist. 17, Fab. 13, 25, Steph. 12 (Fel. I. pp. 12), Pelag. II. pp. ep. 3, Sixt. III. pp. (c. 13. Angilr.).

26: *et qui - fidem*, Ben. I. 335. tit., III. 176. tit. Cf. Fab. 5.

Rezeption:

13-22: *Et – impunitus*: Coll. Ans. ded. VIII,51.

22-24: *Et – vult*: Coll. Ans. ded. VIII,52; Polycarpus V,1,14.

25-28: *suspectos – excludimus*: Gratian C. III, q. 5, c. 4.

25-30: *suspectos – pereamus*: Anselm v. Lucca III,16.

25-35: *Unde – suscipiendi*: Coll. Ans. ded. III,53.

¹⁷ omnia VD38

¹⁸ iudicio contendam] iudico I83

¹⁹ contendam fehlt O93; N442

²⁰ contendam adhuc vobiscum] adhuc vobiscum contendam VD38

²¹ am Rande Agam altercabo VD38

²² disceptabunt O93; N442

²³ fingam V630

²⁴ am Rande sine pena VD38

²⁵ am Rande tractet VD38

²⁶ ea fehlt N442

²⁷ am Rande De accusatoribus V630; De inquirendis accusatoribus I83

²⁸ aut V630; I83; VD38

²⁹ am Rande discordantes VD38

³⁰ am Rande repraehensibilis VD38

³¹ antecessoris O93; I83

³² am Rande repellimus VD38

³³ quos nos korr. aus quos I83

³⁴ absit praedictum korr. aus absit V630

³⁵ dei fehlt V630

³⁶ notandum fehlt N442

30 nos eorum vitio, quod deus avertat³⁷, pereamus. Scriptum est enim: Rectorem te posuerunt.
 Curam³⁸ illorum habe, ut laeteris propter illos et ornamentum gratiae accipias³⁹ coronam et
 dignationem consequaris corrogationis⁴⁰. Verbum enim nequam immutabit cor, ex quo
 quattuor partes oriuntur: bonum et malum, vita et mors, et dominatrix eorum est assidua⁴¹
⁴² lingua. Pro talibus praedicti vitandi admodum⁴³ sunt, et priusquam praedictae enucleatim
 35 examinentur opiniones et ab eis⁴⁴ alieni inveniuntur, non sunt suscipiendi, quoniam
 sacrificium salutare est attendere mandatis et discedere ab omni iniquitate.
 Beneplacitum est domino recedere ab iniquitate et laudatio recedere ab iniustitia, quoniam
 scriptum est: Dilige proximum et coniungere⁴⁵ fidem⁴⁶ cum⁴⁷ illo, quoniam, si denudaberis⁴⁸
⁴⁹ absconsa illius, non⁵⁰ persequeris post eum. Sicut enim homo, qui perdit amicum suum,
 40 sic qui perdit amicitiam proximi sui, et sicut, qui dimittit avem de manu sua, sic⁵¹
 dereliquisti proximum tuum, et non eum capies. Non illum sequaris, quoniam longe abest⁵².
 Effugit enim quasi capra⁵³ de laqueo, quoniam vulnerata est anima eius⁵⁴. Ultra⁵⁵ eum non
 poteris colligari⁵⁶, et maledicta est concordatio. Denudare⁵⁷ autem amici mysteria⁵⁸
 desperatio⁵⁹ est animae infidelis. Annuens⁶⁰ ⁶¹ oculo fabricat iniqua, et nemo eum abiciet.

Quellen:

- 30-32: *Rectorem - corrogationis*, Ecclesiastic. XXXII. 1-3.
 32-34: *Verbum - lingua*, Ecclesiastic. XXXVII. 21.
 35-37: *quoniam - iniustitia*,. XXXV. 2,5.
 38-53: *Dilige - illorum*, Ecclesiastic. XXVII. 18-33.

³⁷ *am Rande* repellat VD38
³⁸ *curam korr. aus* coram O93
³⁹ accipias] accipias et *korr. aus* accipias V630
⁴⁰ conrogationem V630
⁴¹ assidua *korr. aus* assidue I83
⁴² assidua lingua] studia longa V630
⁴³ *am Rande* valde VD38
⁴⁴ alienis V630
⁴⁵ coniunge V630; iunge VD38
⁴⁶ fide O93
⁴⁷ cum illo quoniam si *fehlt* O93
⁴⁸ *am Rande* manifestaveris VD38
⁴⁹ nudaberis O93; denudaveris N442; VD38
⁵⁰ *am Rande* non ibis VD38
⁵¹ sic] sic qui *korr. aus* sic que V630
⁵² *am Rande* recedit VD38
⁵³ caprea V630; VD38
⁵⁴ illius I83; VD38
⁵⁵ Ultra] Ultra enim VD38
⁵⁶ colligari *korr. aus* colligaris V630; colligare VD38
⁵⁷ *am Rande* manifestare VD38
⁵⁸ *am Rande* secreta VD38
⁵⁹ deparatio *am Rande* vel desperatio V630; disperatio I83; VD38
⁶⁰ *am Rande* signum faciens VD38
⁶¹ Annuens *korr. aus* Annues VD38

- 45 In conspectu oculorum tuorum conculcabit⁶² ⁶³ os suum et super sermones tuos admirabitur. Novissime autem pervertet⁶⁴ os suum et in verbis tuis dabit scandalum. Multa audivi et non coaequavi ei et dominus odiet⁶⁵ illum. Qui in altum mittit lapidem, super caput⁶⁶ eius cadit⁶⁷, et plaga⁶⁸ dolosi⁶⁹ dividet vulnera. Qui⁷⁰ fodit⁷¹ foveam⁷², decidet⁷³ in illam, et qui statuit lapidem proximo, offendet⁷⁴ in eo⁷⁵, et qui laqueum alio⁷⁶ ponit, peribit in illo.
- 50 Facienti nequissimum consilium super ipsum devolvetur, et non agnoscet⁷⁷, unde adveniet⁷⁸ illi. Illusio⁷⁹ et improprium superborum et vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peribunt⁸⁰, qui oblectantur⁸¹ ⁸² casu iustorum. Dolor autem consumet illos, antequam moriantur. Ira et furor utraque execrabilia, et vir peccator continens erit illorum. Qui vindicari vult, a deo inveniet vindictam, et peccata illius servans servabit. Relinque⁸³
- 55 proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti⁸⁴ tibi peccata⁸⁵ solventur. Homo homini servat iram, et a deo quaerit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam et de peccatis suis deprecatur altissimum? Ipse, dum caro sit, servat iram et propitiationem petit a deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento novissimorum et desine inimicari⁸⁶, tabitudo⁸⁷ enim et mors imminet⁸⁸ mandatis. Memorare timorem dei⁸⁹, et non irascaris

Quellen:

53-83: *Qui - mortem*, Ecclesiastic. XXVIII. 1-30.

⁶² *am Rande* suave faciat VD38

⁶³ conculcabit V630; conculcavit I83

⁶⁴ *am Rande* commutabit VD38

⁶⁵ odiet *korr. aus* audiet I83

⁶⁶ caput eius] eius caput V630

⁶⁷ cadet V630; N442

⁶⁸ plagis V630

⁶⁹ *am Rande* fraudulentum VD38

⁷⁰ Qui] Quoniam qui *korr. aus* Quoniam V630

⁷¹ fodit *korr. aus* fodi VD38

⁷² foveam *korr. aus* foveam et V630

⁷³ incidit V630; decedit I83

⁷⁴ offendit N442 I83

⁷⁵ eum VD38

⁷⁶ alii *korr. aus* alio V630; alii I83

⁷⁷ cognoscet V630; N442

⁷⁸ adveniat I83

⁷⁹ *am Rande* Deceptio VD38

⁸⁰ peribit N442; peribit *korr. zu* peribunt V630

⁸¹ *am Rande* delectantur gaudent VD38

⁸² ablectantur I83

⁸³ *am Rande* dimitte VD38

⁸⁴ deprecanti *korr. aus* deprecant O93

⁸⁵ pecca VD38

⁸⁶ *am Rande* inimicitias (!) exercere VD38

⁸⁷ *am Rande* corruptio VD38

⁸⁸ imminenti N442; I83; imminuunt V630

⁸⁹ domini I83; VD38

- 60 proximo. Memorare⁹⁰ testamenti⁹¹ altissimi et despice ignorantiam proximi. Abstine te a⁹² lite⁹³, et minues⁹⁴ peccata. Homo enim iracundus incendit⁹⁵ litem, et vir peccator turbabit amicos⁹⁶, et in medio pacem habentium immittet⁹⁷ inimicitiam. Secundum enim ligna silvae, sic ignis exardescit⁹⁸, et secundum virtutem hominis iracundia illius erit, et secundum substantiam⁹⁹ suam exaltabit¹⁰⁰ iram suam. Certamen festinatum incendet ignem, et lis¹⁰¹
- 65 festinans effundet sanguinem et lingua¹⁰² testificans¹⁰³ adducet mortem. Si sufflaveris, quasi ignis exardebit¹⁰⁴, et si spueris super illam, exstinguetur et utraque ex ore proficiscuntur¹⁰⁵. Susurro¹⁰⁶ et bilinguis¹⁰⁷ maledictus, multos enim turbavit¹⁰⁸ pacem habentes. Lingua tertia multos commovit et dispersit illos a gente in gentem. Civitates munitas¹⁰⁹ divitum destruxit et domos magnatorum effodit¹¹⁰, virtutes populorum concidit et gentes fortes dissolvit.
- 70 Lingua tertia mulieres¹¹¹ viritas¹¹² 113 eiecit et privavit¹¹⁴ illas de laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem nec habitabit cum requie. Flagelli plaga livorem¹¹⁵ facit, plaga autem linguae comminuit ossa. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic, quomodo, qui interierunt per linguam suam. Beatus, qui tectus est a lingua¹¹⁶ nequam¹¹⁷ 118, et qui in iracundiam¹¹⁹ illius non transivit¹²⁰ et qui non attraxit iugum eius et vinculis illius non est
- 75 ligatus. Iugum enim illius iugum ferreum¹²¹ est et vinculum illius vinculum aereum¹²² est.

⁹⁰ memorari V630

⁹¹ testamenti *korr. aus* testamento VD38

⁹² a lite *fehlt* V630

⁹³ *am Rande* Discordia VD38

⁹⁴ minues *korr. aus* minue O93

⁹⁵ *am Rande* excitat VD38

⁹⁶ inimicos N442

⁹⁷ immittet *korr. aus* immittit I83

⁹⁸ exardescet I83

⁹⁹ iracundiam I83; VD38

¹⁰⁰ exultabit I83

¹⁰¹ *am Rande* discordia VD38

¹⁰² lingua *korr. aus* ligua O93

¹⁰³ festinans V630

¹⁰⁴ ardebit V630

¹⁰⁵ *am Rande* exeunt VD38

¹⁰⁶ *am Rande* Occultus detractor VD38

¹⁰⁷ *am Rande* duplex VD38

¹⁰⁸ turbavit *korr. aus* turbabit V630; turbabit O93; I83

¹⁰⁹ munitas divitum *korr. aus* munitas O93

¹¹⁰ *am Rande* subvertit VD38

¹¹¹ mulieres viritas] mulieres veritas *korr. aus* mulieres O93

¹¹² *am Rande* fortes sicut viri VD38

¹¹³ veritas O93; viritas *fehlt* V630; veritatis I83; viritas *korr. aus* veritas VD38

¹¹⁴ privabit O93; privavit *korr. aus* privavit V630

¹¹⁵ *am Rande* maculam VD38

¹¹⁶ lingua *korr. aus* linguam O93

¹¹⁷ *am Rande* Mala VD38

¹¹⁸ nequa I83

¹¹⁹ iracundia I83

¹²⁰ transibit I83

¹²¹ *am Rande* durum VD38

¹²² *am Rande* forte VD38

Mors illius mors nequissima, et utilis¹²³ potius inferus¹²⁴ quam illa. Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorum, et flamma sua non comburet iustos. Qui derelinquunt¹²⁵ deum, incidunt in illam, et exardescet in illis et non exstinguetur, et immittetur in illos quasi leo et quasi pardus laedet illos. Sepi aures tuas¹²⁶ spinis et noli
80 audire linguam nequam, et ori tuo facito¹²⁷ ostia et seras auribus tuis. Aurum tuum et argentum confla, et verbis tuis facito stateram et frenos ori tuo rectos, et attende, ne forte labaris¹²⁸ in lingua tua et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus tuus insanabilis in mortem. Non tardes converti ad dominum, et¹²⁹ ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictae disperdet te. Noli anxius esse in
85 divitiis iniustis, nihil enim proderunt tibi in die obductionis¹³⁰ et vindictae. Non ventiles te in omnem ventum, et non eas in omni via. Sic enim peccator probatur duplici lingua. Esto firmus in via dei, et in veritate sensus tui et¹³¹ scientia, et prosequatur te verbum pacis et iustitiae. Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut¹³² intellegas, et cum sapientia fer responsum verum. Si est tibi intellectus, responde proximo, sin autem, sit¹³³ manus tua
90 super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato¹³⁴ et confundaris. Honor et gloria in sermone sensati, lingua imprudentis subversio¹³⁵ ipsius. Non appelleris susurro, et lingua tua capiaris et confundaris. Super furem enim est confusio et poenitentia, et denotatio¹³⁶ pessima super bilinguem, susurratori autem odium et inimicitia et contumelia. Iustifica pusillum¹³⁷ et magnum similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim
95 et contumeliam malus hereditabit et omnis peccator invidus et bilinguis¹³⁸. Non te extollas in cogitatione animae tuae velut taurus¹³⁹, ne forte elidatur¹⁴⁰ virtus tua per stultitiam, et

Quellen:

83-94: *Non - similiter*, Ecclesiastic. V. 8-18.

94-99: *Noli - impiorum*, Ecclesiastic. VI. 1-4.

¹²³ utiles N442
¹²⁴ inferunt N442
¹²⁵ drelinquunt korr. aus derelinquunt N442
¹²⁶ tuas korr. aus spinis VD38
¹²⁷ fac I83
¹²⁸ am Rande pecces VD38
¹²⁹ et ne korr. aus et V630
¹³⁰ am Rande confusionis VD38
¹³¹ ut korr. aus et V630
¹³² et V630
¹³³ sit fehlt V630
¹³⁴ indisciplinato O93
¹³⁵ am Rande destructio VD38
¹³⁶ donatio VD38
¹³⁷ am Rande parvum VD38
¹³⁸ bilinguis korr. aus bilingus I83
¹³⁹ tarus VD38
¹⁴⁰ am Rande frangatur VD38

folia tua comedet¹⁴¹ et fructus tuos¹⁴² perdet¹⁴³, et relinqueris velut¹⁴⁴ lignum aridum in heremo. Anima¹⁴⁵ enim nequam disperdit, qui se habet, et in gaudium inimici dat illum et deducit in sortem¹⁴⁶ impiorum.

100 [H. 10] Carissimi, oppressos erigere studete et necesse habentes¹⁴⁷ semper¹⁴⁸ adiuvate, quoniam, qui fratrem afflictum¹⁴⁹ relevat¹⁵⁰, appraehensum eripit, merentem consolatur, ab illo sibi retribui, cui totum impendit, non dubitet, qui ait: Quod uni ex minimis¹⁵¹ meis fecistis¹⁵², mihi fecistis. Taliter enim bona indesinenter agere studete, ut fructum boni operis et hic¹⁵³ consequamini, et in futuro gratia dei perfruamini, quatenus caelestis regni aulam
105 introire postea mereamini. Data III¹⁵⁴ Kal. Maii Severo¹⁵⁵ et Quintiano¹⁵⁶ vv. cc. cons.

Quellen:

101-105: *quoniam - mereamini*, Greg. M. ep. IX. 119. (2,1025).

105: Nota cons. des. e c. 2. vit. Pont, in libr. pontif.

¹⁴¹ *commedes VD38*

¹⁴² *tuos korr. aus os V630*

¹⁴³ *perdes VD38*

¹⁴⁴ *velut korr. aus lut N442*

¹⁴⁵ *Animam VD38*

¹⁴⁶ *sorte I83*

¹⁴⁷ *habentes korr. aus habentibus V630; habentibus I83*

¹⁴⁸ *semper korr. aus sem N442*

¹⁴⁹ *lictum, interlinear lapsus O93; lictum N442; derelictum I83*

¹⁵⁰ *levat I83*

¹⁵¹ *minis V630*

¹⁵² *fecististis I83*

¹⁵³ *hic fehlt I83*

¹⁵⁴ *III fehlt I83*

¹⁵⁵ *severo et korr. aus severo N442*

¹⁵⁶ *quintiano korr. aus quintiniano N442; quintiniano I83*